lege ipse mandavit: honora patrem et matrem tuam. Hec Jeronimus. ¶ Quarto excellenter Jeronimus. Hec dies, in qua usque ad throni celsitudinem intemerata virgo et mater processit, atque in regni solio sublimata post Christum gloriosa resedit. Qualiter autem in celesti gloria sublimata et honorata sit, ostendit beatus Gerhardus episcopus in suis omeliis, dicens: solus dominus Jesus Christus potest hanc magnificare, quem admodum fecit, ut ab ipsa maiestate laudem continue accipiat et honorem. Angelis stipata choris archangelicis vallata turmis thronorum hinc inde possessa iubilationibus dominationum circumcincta tripudiis pr[... ca. 9 Buchst.], circumscripta obsequiis potestatum amplexa plausibus virtutum gyrata honoribus, cherubin circumstantiata ymnizationibus, seraphin undique possessa ineffabilibus cantionibus, ipsam quoque ineffabilissima trinitas perhenni tripuduo sibi applaudit, atque sua gratia in ea tota redundante, omnes eidem attendere facit. Apostolorum splendidissimus ordo ineffabile laude illam extollit, martirum multitudo domine supplicat omnimode, tant[?] confessorum exercitus innumerabilis sanctissimum sibi personant

stark abgegriffene obere Kante des Buchrückens

stark abgegriffene untere Kante des Buchrückens

Hier endet die letzte Zeile der rechten Spalte.